

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCLV.

VD18 90538889

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-16577

X L V.

DISSERTATIO
MEDICO-CHIRURGICA,
D E
EPULIDE ET PARULIDE,

Quam Præfide

G. C. SCHELHAMMER P. P.

Pro Doctoratu consequendo tuebatur

G. FRID. FRANCUS

ARGENTORATENSIS.

Jenæ 22 Martii anno 1692.

Tom. II.

O 6



DISSERTATIO
MEDICO-CHIRURGICA
DE
EPULIDE ET PARULIDA

Authore
C. G. SCHLÄMMER P. E.

Medici &c.

LEONHARDUS

1747

10

1747



CAPUT PRIMUM.

Nomen, naturam, genus & differentiam epulidis & parulidis tradit.

Cum itaque noster scopus requirat, ut præsentem dissertationem recto tramite aggrediamur, non abs re fore existimo, affectus hujus *Onomatologiam* primo loco rimari: vocatur autem *epulis*, quæ vox latina civitate donata, quippe Græcis ἐπυλις. Componitur vero ex ἐπί quod hoc in casu circa, vel super & supra, & τὸ ὄυλον gingiva, prout notat *Job. Scapula. in Lex. Gr. Lat.* quasi dicas *supergingivalis*, puta *morbus. Excrescentia Gingivæ* itidem apud Latinos eo nomine venit: *Job. Crispinus in Lex. suo Gr. Lat. sub lit. E.* pariter hanc vocem ita vertit, ut & *P. Forest. Lib. XIV. obs. 16. in schol. Jouston. synt. univ. med. Pr. l. 3. tit. 12. Job. Georg. Walther. sylv. med. lit. G. Job. Ronsens enarrat. ad Corn. Celsi l. 6. c. 13. f. 596. & Job. Gorræus in definit. med. lit. e. Tuberculum, Fel. Platero obs. l. 3. p. 648. Caruncula in ore, & M. Sebiz. in sp. Med. Pr. part. 2. sect. 4. c. 8. atque Celeberr. Etmüllero oper. in fol. edit. p. 1. c. Pr. c. 3. p. m. 112. Luxuries & dentium superincarnatio* vocatur: non satis accurate. Belgis appellari solere *Bastert Vleis*, *Steph. Blancardus in Lexico medico* ait: at longe aliud simul ad epulidem requiritur, ita ut non satis perspectam habere epulidis naturam videatur *Blancardus*. In *Fabro Buchneri per Cellar. f. m. 876. ita*: epulis, idis, ἐπυλις, excrescentia gingivæ, caruncula inter dentes gingivis enata, *daß Fleisch zwischen den Zähnen*, valde inepte! Quod tamen lexicographo non medico facile condonabitur. *Παρυλις* vero simili compositione est ad gingivam ortus morbus, & *Jul. Polluci. O. nom. lib. 4. c. 25.* dicitur ἔλων ἀπόστασις, gingivarum defectio, teste *Job. Rhodio in not. ad scrib. Larg. comp. 61.* Gingivam vero deficere putat à suppuratione, non soluta sc. inflammatione; cui contrariatur maxime *Fallopini tract. de tumor. p. n. altero & postremo cap. 27.* dum ait: sic dici tanquam nova gingiva addita priori, *παρυλις*, quasi gingiva parva, oborta alteri. Nos autem jure *Jul. Polluci* subscribimus, ἀπόστασιν tamen non defectionem sed abscessum esse interpretandum, arbitramur, ut sit idem quod ἀπόστημα.

§. I I.

Hæc de nomine; sollicitum me nunc ordo esse jubet de ipsa re. Cujus notitia non ex aliis quam Græcis Auctoribus petenda, vocabulo ab his primum usurpato. Et in *Hippocrate* quidem ejus mentio nominatim non legitur, cum illis temporibus nondum exulta adeo esset medicina, ut singuli morbi, morborumque genera, propriis suis nominibus gauderent.

